sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes earumque
prosequendo faciendo ac promissa omnia penis simplicibus, vel triplicatis
evasionum, suspensionum, fatalium, iuris, prorogationum, bello, con-
ventionesque cum aliis omnibus iuris remediis et defensis non sub-
terfugiendo hac sua presenti inscriptione ad promissa omnia mediante

## Kulczycki Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Castren. Capi-
tanis Premisliensis Nobilis Paulus Kulczycki Smiotanka, sanus
mente et corpore existens, recedendo a terris Districtibus iuribus
iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus presenti vero
Castren. Capitaneo Premisliensi iurisdictioni, quo ad actum presentem atti-
net, secum successoribus, bonisque suis quibus omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subijciendo, palam publice ac per expressum
recognovit. Quia ipse Nobili Nastasie Kulczycka Coniugi suae
legitimae eiusque Posteris summam Ducentorum florenorum polonicorum
rationem veram dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in Domo
suam importatae, nec non aliam similem summam Ducentorum
florenorum polonicorum, ratione certi, veri, iusti, et liquidi Dotalicij, et
super tota et integra medietate omnium quibus bonorum suorum, hereditariorum,
obligorum, mobilium et immobilium summarumque
quarumvis pecuniariarum, nunc habitis et in post habendarum
nec non auri, argenti, clenodiorum, vestium, vestimentorum
decorum, pecudum, equiteae, ac totius suppellectilis domesticae
nunc habitis et in post habendis dedit, dotavit, dotaliciavit, in-
scripsit, et reformavit, prout dat, dotat, dotaliciat, inscribit
et reformat presentem perpetuo. Per ipsam nomine Nastasiam
Kulczycka Consortem suam eiusque successores earumque medietatem
omnium quibus bonorum suorum, cum universis utilitatibus, et emo-

lumentis



lumentis, tenendi, habendi, possidendi, illisque pacifice et quiete uti
fruendi, ac ad usus suos suorumque successorum quoscumque beneplacitos
libere et effectualiter convertendi. More ac iure aliarum Reformationum
hactenus et diutius in Regno observari solitarum.

## Kulczycka Marito suo cum assistentia Fratrum suorum Tenetur.

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus Ca-
stren. Capitaneo Premisliensi Nobilis Anna Kulczycka, olim Nobilis
Hyn. Abrahamowicz Kulczycki Filia. Primi olim Nobilis Hre-
horij Kulczycki Iliassowicz ad presens Nobilis Pauli Dassynie
Kulczycki Secundi Nuptus Consorte legitima, una cum Nobilibus
Iwani Chabka, et Pauli Mielkowicz Kulczyckich Fratrum suorum
Patruelium Germanorum, de linea Paterna proximiorum Consanguinei-
orum ad latus ipsius stantium, personali assistentia et ultroneo
ad infrattam rationem consensu, sana mente et corpore existens, modo
a terris Districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis
proprijs et competentibus presenti vero Castren. Capitaneo Premisliensi
iurisdictioni, quo ad actum presentem attinet, secum successoribus bonisque
suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subij-
ciendo palam publice ac per expressum recognovit. Quia ipse prefato
Nobili Paulo Dassynie Kulczycki Marito suo eiusque Posteris
summam Trecentorum florenorum polonicorum certi, veri, iusti, et liqui-
di debiti mutuatae quae apud ipsum per se rationem pecuniae tenetur atque de-
bet. Quam quidem summam prefatam Trecentorum florenorum polonicorum,
eadem ratione sic ac suos successores, super bonis suis quibus omni-
bus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis di-
cto Marito et creditori suo inscribit et obligat presentem, hinc pro die
et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate
venturo dare, solvere, et coram officio actisque presentibus Castren. Capitaneo